R. 13 Aprilis 1602 etc.

Sac. Reg. M.tas

71

N. 21

S. D. N. grauiter ferens dissidia et turbas inter prouincias Poloniae et
et Russiae Dominicani ordinis excitatas destinauit isthuc alijs
cum Visitatorem Aplicum Dominicum Landum eiusdem instituti
uirum sibi notum et probatum, qui quod etiam mihi suo merito
est ualde carus; uolui propterea committere ut M.tem V. simul meis
l(itte)ris adiret quibus instructus et meo nomine ipsam reuerenter salu=
taret et in promouendo susceptae legationis negotio magis et propi=
tiam ac propensam inueniret. Qua sane in re M. V. uberrimam
suae eximiae pietatis et humanitatis laudem feret meq. sibi pluri=
mum deuinxerit si regio suo fauore et auctoritate huic uiro ad=
fuerit. Oro interea Deum O. M. ut R. M.tem V. diutissime incolumem
seruet. Datum Romae XIIJ Aprilis MDCIJ.

Sac. Reg. M.tis V.

humilis servitor

P. Card. Aldobrandinus

74.

Ser.mo ac potentiss.o Poloniae Suecorumque etc.
Regi Sigismundo Tertio etc.

Card. Aldobrand. 20 Genn.ri
Domini Camero